Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jacobi Wimpfelingij Schletstatensis Elegantie maiores

Wimpfeling, Jakob

[Heidelbergae], 1499

Theodoricus Bresmundus innior Jacobo Uuimpfe Schlerstatensi salutem dicit

urn:nbn:de:bsz:31-131221

Visual Library

Theodoricus Breſmundus iunior Jacobo Uuimpfe. Schletſtatenſi Salutem dicit.

¶ Ego ſingularem tuum in me amorem mirificamqꝫ obſeruantiā m(ſuauiſſime Jacobe) cum et multis et magnis argumentis per ſpexi. cū hac vna precipue re exploratam habeo: ꝙ que nup ex bene dicendi ſcribendiqꝫ inſtituta lucubraſti meo nomini dicare voluiſti. et feciſti quidē nullis meis in te meritis prouocatus. ſed ſola ductus animi benignitate: cōfiſus me oratorie prima elementa ex hijs conſequi poſſe. Nec tua ſane te opinio fefellit. Legi eñ hec elegantiarū precepta. relegiqꝫ iterum. tantumqꝫ in illis emolumenti atqꝫ ad exornādas orationes noſtras ornatus offendi. vt qui in illo elaborauerit validiſſimū rhetorices fundamentū ieciſſe videatur. Plurimi igitur me tibi pro tali tantoqꝫ munere debere exiſtimo. Multū quoqꝫ debet iuuentus artium humanitatis auida. cui hoc opuſculū admodū eſt profuturū. In quo tam varia breui quodā compendio inueniūtur. vt latini ſermonis et pōdus et venuſtatem quibus priſci illi ſcriptores vſi ſunt hic quaſi in ſpeculo liceat intueri. Non iā que tradidere quondā Aulus Gellius. Nonius marcellius Eneas ſiluius. Auguſtinus datus. Laurentius valla Guarinus voluminibus ſuis elegātiarum precepta ediſcere tam opere preciū eſt ꝙ hunc tuū libellum (qui mira breuitate plurima cōplectitur) manibus verſare. Gratias igitur tibi habeo ꝙ maximas pro tātis erga me beneficijs tuis. habitiſqꝫ in hoc opere lucubrando vigilijs et laboribus. Quodqꝫ pro ſumma tua in me beniuolētia ſummū mihi amici munus exhibuiſti. Quid eñ maius: quid precioſius quid preſtātius. quid laudabilius: quid deniqꝫ diuturnius in me cōferre potuiſſes: ꝙ his tuis elegantijs nominis mei immortalitatem. Pro tantis in me tuis meritis parem ego tibi quandoqꝫ gratiam referre conabor. Modo ſis eo quo ſemper in me fuiſti animo. eaqꝫ me obſeruantia complectere. qua ego te deſiſtam proſequi nunquam. Vale.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST